





Georg 868

Georgs-B.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18



6.

COMMEMORA:

TIO CAVSARVM SVSCEPTAE
IVSTAE ET NECESSARIAE DEFENSIO,
NIS, AB ILLVSTRISS. PRINCIPIBVS, IO:
HANNE FRIDERICO DVCE SAXONIAE
Electore &c. & Burggrauio Magdeburgensi, Et
PHILIPPO LANDGRAVIO HASSIAE, Co:

mite in CattenElnbogen &c. ædita.

Adiuncta petitione ad ceteros Principes
& Ordines Imperij.



ANNO M. D. XLII.

BI BENIGNITATE NOS IOHAN.

Desfructus dux saxonie dicitur Romas
 nlimper Elector Landgravius Dux
 gre Marchio Miles & Burgundus Mag
 deburgensis Episcopus Landgravius Halia Co
 mes in Cartheleboer Ditz Zegeheim &
 Nidda omnibus & singulis Electoribus & alijs
 principibus ac ordinibus Romanimperi salutem
 optamus & nostri officii detrimus. Vnde re
 stituit nos & contra nos nobiscum, sedere iustis
 honesto & pio ad defensionem & non aliter factu
 cum & ipsi sumus membra Romanimperi obedie
 rentia & fidelis, communem tranquillitatem & pa
 cem sancto animorum adfectu experire. Accon
 stat nos factam & in Convenibus Imperialis &
 alias per legationes optatas fide sine ulla simulario
 ne diligenter pertracte ac egisse, ut pax constituer
 tur, sicut Acta conventuum & legationum & man
 data iudicio Camere, quod hactenus fuit data, item
 declarationes, confirmationes & canones plerum
 restantur.

Et nominatim sicut Caritatis M. dominum
 nostrum clementissimum nobis reverentur & ledus
 lo perentibus, ut Germanis tranquillitas esset, ex cere
 scientia, propter gravissimas causas, sed quia experitis
 mentione motis in imperio vltis, ex perentibus
 potestate propositionem hostis, civitas hore
 sit & fidelis & clare multis veribus officijs eius
 imperatoris, dux iudicio Camere inique edita est
 clementer suspensibile, cum in iure spiam velle
 per anno 1741 & sub gradibus penis mandatis, ut
 hunc



deburg
 mes in
 Nidda
 princip
 optam
 stamun
 honest
 cum &
 entia &
 cem sin
 stat no
 alias, p
 ne dil
 tur, Si
 data lu
 declar
 testan

Et
 nostr
 lo per
 scient
 ment
 potes
 sta &
 Impe
 clem
 sat ar



DEI BENIGNITATE NOS IOHAN,
nes Fridericus dux Saxonie, Sacri Roma
ni Imperij Elector, Landgravius Durin
gie, Marchio Misnæ & Burggravius Mag
deburgensis, Et Philippus Landgravius Hassiæ, Co
mes in Catthen Elnbogen, Dietz, Ziegenhain &
Nidda, omnibus & singulis, Electoribus & alijs
principibus ac ordinibus Romani Imperij, salutem
optamus, & nostra officia deferimus. Vere te
stamur nos & coniunctos nobiscum, fœdere iusto,
honesto & pio, ad defensionem & non aliter facto,
cum & Ipsi simus membra Romani Imperij obedi
entia & fidelia, communem tranquillitatem & pa
cem sincero animorum adfectu expetere. Ac con
stat nos sæpe iam & in Conuentibus Imperialibus, &
alias, per legationes optima fide, sine vlla simulatio
ne diligenter petiuisse ac egisse, vt pax constituere
tur, Sicut Acta conuentuum & legationum, & man
data iudicio Cameræ, quod hætenus fuit data, Item
declarationes, confirmationes & cautiones pleræq;
testantur.

Et nominatim liquet Cæsaream M. dominum
nostrum clementissimum, nobis reuerenter & sedu
lo petentibus, vt Germania tranquilla esset, ex certa
scientia, propter grauissimas causas, addita expressa
mentionem moris in Imperio vsitati, ex plenitudine
potestatis, proscriptionem Goslarie, ciuitatis hone
stæ & fidelis, & claræ multis veteribus officijs erga
Imperatores, quæ a iudicio Cameræ inique edita est,
clementer suspendisse, cum in itinere Spiram venis
set anno 1541. & sub grauibus pœnis mandasse, vt
A ij huc

huic suspensioni obtemperaretur, ac ne q̄s vi quidq̄
attentaret, vel propter Relligionis controuersias,
vel propter alias causas, sed vt pax vtrinq; serua-
tur, iuxta tenorem Cæsareæ suspensionis &c.

Secundo, Cum Dux Henricus Iunior Brunsvi-
censis, vt se vocat, coram Cæsarea M. falsis crimini-
bus accusaret honestam & fidelem ciuitatē Brunsvi-
gam, videlicet, quod in religione quædam contra
edicta egissent, quodq; multa contra ipsum iniuste
facerent, ita respondit ciuitas Brunsviga, vt euiden-
ter refutarit accusationem, & ostenderit Brunsvi-
censem illum, qui se Iuniolem nominat, manifesta in-
iuria & violentia ciuitatem adficere. Vicissim etiam
ciuitas Brunsviga accusationem exhibuit Cæsareæ
Ma. in qua narrant suos ciues, contra publicam pa-
cem & contra omnia iura, multipliciter & atrociter
vexari, spoliari facultatibus, in quarum possessione
diuturna fuerint, & concessis superiorum Ducum,
& ipsius literis, Deniq; per vim eijs ex proprijs bo-
nis, quæ omnia eo sunt indigniora, q̄a ciuitas de ipso
duce optime merita est, eumq; in rebus asperis iuuit
magnis & non debitis officijs. Quare non solum in-
iusticia Ducis, sed etiam ingratitude detestanda est.

Quantū autem hæc ita se habent vt narrauimus,
de suspensione proscriptiois Goslarianæ, & de in-
iurijs quibus Ciuitas Brunsviga adficetur, tamen
Brunsvicensis Tyrannus præter violationem pacis
ante aliquot annos factam, capto & crudeliter inter-
fecto Doctore Delingshausen contra fidem publi-
cam.

cam. Item capto Snellero ciue Goslariensi ministro,
& bonis vi ablati & prater atrociam facta alia, de quibus
conuincere ipsum Landgrauius instituit, tanquam
turbatorem pacis, statim suspensionem pro-
scriptionis & poenas propter utilitatem publicam
additas, prorsus contempsit, & parere contumaciter
recusauit, & ausus est tanquam turbator pacis & inobe-
diens impedire com meatus ciuium Goslariensium,
phibere importationem rerum necessariarum, Con-
uehentibus vi adimere & equos & merces, vi armata
ciues Goslarienses ex syluis quae proprie sunt ciui-
tatis expellere, pulsare, percutere, multos pauperes
ciues & ciuium ministros sauciare, aliquos interfici-
cere, & alia crudelitatis exempla contra eos edere si-
ne fine, sicut haec perspicue ostendi possunt. Sic gra-
satur oblitus reuerentiae debita Imperatori, violans
iura, nocens communi utilitati, captans oecasiones
turbandae publicae tranquillitatis, & moliens exiti-
um ciuitati veteri & honestae.

Hac postquam legati Goslarienses & nostrorum
confederatorum in conuentu Ratisponensi apud
Ca. Ma. questi sunt, cum Dux Henricus quaedam
obiecta eluderet, quaedam callida tergiversatione in-
uolueret, quaedam fateretur, quaedam vero negaret,
Caesarea Maiestas misit inspectorem ex suis Domi-
num Christophorum de Geisneck Baronem in
Vuittenek ad Goslarium & Vuolfenbutel explora-
turum utrum suspensioni proscriptionis vere ob-
temperaret, an vero impediret com meatus, aut ve-
tari importationem frumenti, aut alia contra suspen-
sionem

A iij

tionem proſcriptionis fieri curaret. Hic Baro a
Cæ. M. miſſus, comperit querelas veras eſſe, & haud
dubie id ita Cæſa. Ma. retulit.

Propter hanc cauſam, & quia confœderati noſtri
reuerenter implorabant auxilium Cæ. Ma. aduer-
ſus hanc contumaciam Ducis Henrici. Cæſ. Ma. &
Principes ac ſtatus Imperij moti ſunt, vt proſcriptio-
nem & proceſſus iudicij Camera in reſeſſu Ratiſbo-
nenſi, ad certum tempus ſuſpenderent. Et nomi-
natim Cæ. Ma. expreſſis verbis poſuerit declaratio-
nem, vt Goſlarienſis proſcriptio, inter ſuſpenſas
comprehendi debeat, Sicut & ibi mox additur arti-
culus declarationis. Et Cæſarea Ma. ſibi hanc de-
clarationem reſeruauerat, ac mandat omnibus ſub
pœnis, publicam pacem turbantium, ſeruari pacem,
& nihil vſa tentari a quoq̃.

Hæc omnia Brunſuicentiſ ille iunior, vt ſe vocat,
contumaciter contemnit, & hæc tenus recuſat parere
Cæſaræ Ma. mandatis crebro repetitis, & declara-
tioni, imo multo atrocius poſtea graſſatus eſt, occu-
pauit ciuium Goſlarienſium decimas, redditus, præ-
dia, in ditione Episcopatus Hildesheimenſis, quam
nunc quidem occupatam tenet, & in ſua ditione &
ſylvas ac venas metallicas Goſlarienſium, quas bona
fide & longo tempore nemine inturbante poſſe-
derunt. Ex his contra pacem publicam, & ſuſpen-
ſionem ac declarationem a Cæ. M. factam, vi arma-
ta, Goſlarienſes expellit, & redigere eos in ſuam po-
teſtatem conatur. Graſſatur & alijs modis aſſidua
violentiâ, vt cogat ciues aut deſerere patriam ſedem,
aut.

aut contra fidem debitam Cæs. Ma. & imperio sese
in seruitutem tristem & exiciosam dedere. In his
manifeste fieri contra pacem publicam, & poenas
violatæ pacis eum multipliciter incurrere, manife-
stum est.

Ideo in conuentu Spirensi proximo, legati no-
strorum confœderatorum & nostri, & Goslarien-
ses, eadem de re, apud Regiam M. & commissarios
Cæs. Ma. questi sunt. Quare Regia Ma. & com-
missarij, cognita Ducis Henrici insigni contumacia,
suspensionem, declarationem, & pacem a Cæs. Ma.
mandatam, rursus confirmauerunt, ita vt suspensio
illa & prerogatio, facta a Regia Ma. vsq; ad dñudi-
cationem controuersia, vim haberent absolutionis,
& sententia proscriptionis, & controuersia de tur-
batione pacis, quam tum Goslariensibus Brunswi-
censis obiicit, tum Goslarienses Brunswicensi, ad
Cæs. Ma. & Regiam Ma. per auocationem translata
est, nomine Cæs. Ma. & ex plenitudine potestatis,
Suntq; hoc modo restituti Goslarienses per hanc
auocationem. Et data est Regia & sufficiens cautio.
Ac rursus edita sunt mandata, vt suspensioni dictæ,
declarationi & mandatis, sine reculatione pareret,
& restitueret Goslariensibus, ciuium decimas, redi-
tus, prædia in ditione Episcopatus Hildesheimensis
& sua ditione, quæ post suspensionem dictam inua-
sit & occupauit. Item, venas metallicas & alia, quæ
post suspensionem illis ademit ac detinet, nec prohi-
beret commeatus, importationem frumenti, ligno-
rum, carbonum &c.

Hæc vt sine dolo fierent, Regia Maiestas duxit
utile

utile & necessarium esse, legatos mittere quosdam
suos consiliarios ad utranq; partem, exploraturos,
quanam sint adempta ciuibus, & curaturos, vt resti-
tutio effectu ipso perficeretur, & allaturos mandata
Brunsuicensi illi iuniori, vt sub grauissimis poenis
obtemperaret. Ideoq; Regia Ma. misit suos con-
siliarios, honestos viros, D. Eberhardum de Frei-
berg Eq. auratum, & Doctorem Iohannem Knol-
ler, vt hec certo explorarent, & perfici restitutionem
curarent.

Hi Legati ad Brunsuicensem & Goslarienses
profecti, hanc explorationem & executionem, iuxta
Regia Ma. mandata, instituerunt, Sed Brunsuicem-
sis iterum contumaciter recusauit parere, vt antea,
& suspensionem, declarationem, prorogationem,
confirmationem & mandata Cæsa. Ma. & Regia
Maie. ferociter contempsit, eisq; refragatus est, &
detrahens de autoritate Cæsa. Maie. palam dixit,
non licere Cæsa. Maie. & Regia Maie. hæc age-
re & mandare, seq; a sententia proscriptionis lata in
Iudicio Camera, non discessurum esse, eamq; om-
nibus suis opibus & viribus defensurum esse. Rur-
sus igitur non solum poenas meruit turbatae pacis
publicae, sed etiam spreta Cæs. Maie. statis.

Cum autem suae contumaciae prætexat in speci-
em, quosdam futes & falsas exceptiones ac protes-
tationes, opposuerunt Goslarienses adeo euidens
tem & firmam refutationem, vt clarissime con-
uicto Brunsuicensi, manifestum sit, eum iniuste &
atrociter seuire in Goslarienses, vt ostendunt hu-
ius refutationis copia. Quare lycosa illa excep-
tionēs

tionones non subleuant Brunsvicensem, nec ledunt
Goslarienses. Sed his satis patrocinator, quod Cæs.
Ma. suspendit sententiam proscriptionis iniuste la-
tam (quod tamen non ad notandos aut ledendos
illos dicimus) & per causæ auocationem, quæ vim
habet absolutionis, eos re ipsa, ab illa sententiâ libe-
rauit.

Quod autem Dux Henricus opponit Cæs. Ma.
& Reg. Ma. sine suo consensu, hanc suspensionem
non posse facere, non excusat, sed auget contumaci-
am, ac impudenter detrahit de autoritate, quæ sine
vlla dubitatione Cæsareæ Maiestati tribuenda est.
Deinde refutari suo exemplo hæc cavillatio potest.
Ipse enim meminit, se importunitate sua impetrasse
in conuentu Augustano, vt Cæs. Ma. ex plenitudi-
ne potestatis, sententiam in causa possessorij venarum
metallicarum, latam a Iudicio Camerae, cum iam
Goslariensibus ius quesitum esset, suspenderet, vt
prius fieret cognitio petitorij, antequam facta esset
restitutio in possessorio. Hoc si in illa causa pro-
bavit, cur nunc detrahit Cæsareæ Ma. autoritatem
suspendendæ iniustæ sententiæ, latæ aduersus spolia-
tos & non restitutos, Cum quidem alioqui, etiamsi
non accederet autoritas Cæs. Ma. æquissimum sit,
vt quod quisq; iuris in alterum statuit, eodem iure &
ipse vtatur.

Deniq; non est opus longa disputatione in re
perspicua, lata est iniuste sententia proscriptionis ad-
uersus Goslarienses, qui rursus per Cæs. Ma. vt di-
ctum est, liberati sunt, pro quo beneficio Cæsareæ M.
gratias agunt, & vt eo fruantur iustum est, nec pos-
sunt

B

sunt

sunt iam pro proscriptis haberi. Hæc vera sunt, & indubitati iuris. Et habuit Cæsarea Maie. sui consilij & huius beneficij honestas, iustas & graues causas, quas hic recitari non necesse est, quæ ipsi & coram Deo, & in iure suffragantur. Nec Imperij Statuta eo facta sunt, vt iniusticiam stabiliant, sed potius vt iniusticiam & violentiam puniant. Quare hæc Cæsarea liberatio, non contra Imperij Statuta, quæ pro iusticia & pace esse debent, sed contra iniustam sententiam facta est. Si inquirantur principia totius negocij, satis adparebit, non a Goslariensibus, sed a Duce Henrico, primum vim ortam esse, Adparebit & hoc, Goslarienses iniuste proscriptos esse, cum vi spoliati, restitutionem peterent.

Et si autem Legati Regiæ Ma. ostendebant se hanc iniustam contumaciam & contemptum Regiæ Ma. ægre ferre, tamen re infecta discesserunt. Nec desinit grassari Brunsvicensis, sed contra publicam pacem detinet decimas, redditus, prædia, venas metallicas Goslariensium, vt cepit, impedit com meatus & importationem rerum necessariarum, Opprimit ciues in vijs publicis, eripit eis merces, multos pulsat, vulnerat, interficit, immaniter contemnens Deum, Iura & Cæsa. Ma. nec rationem habens publicæ in Germania tranquillitatis, Sed odio & crudelitati suæ indulgens, ea quæ iniuste cepit, tueri ac perficere conatur. Iamque seruitus & exitium impendet ciuitati Goslarie, quæ antiquitate, rebus gestis, & disciplina grauitate clara est, & honestis ciuibus cedes ac direptiones facultatum, prætextu proscriptionis, nisi alienis auxilijs Goslaria defensa fuerit. Cum enim

Enim amplius decennio, iam sustinuerint grassan-
tem Brunsvicensem, exhaustæ sint publicæ & priuæ
facultates, ereptæ ciuibus occasiones querendæ
rei familiaris, deniq; vt in obsessa ciuitate impeditæ
sint omnes commoditates, diutius se ciuitas suis opi-
bus aut viribus tueri non potest. Ipse vero Brunsvi-
censis Tyrannus, non obscure ostendit, quid de-
creuerit facere, & quid moliat, cum Legatis Re-
giæ Maiestatis respondit, se omnibus opibus & vi-
ribus suis, defensurum esse sententiam proscriptio-
nis, ac potius sua omnia in discrimen adducturum,
q̄ cessurus sit suspensioni a Casarea Maiestate factæ,
aut Regiæ Ma. mandatis. His verbis aperte in-
dixit bellum Ciuitati Goslariæ, Nec aliter accipi
hæc verba possunt, in eo præsertim, qui & ante mul-
tis atrocibus factis turbauit pacem, & non desinit
etiam nunc multa hostilia aduersus Goslarienses fa-
cere. Illa ipsa vox truculenta per sese, etiamsi non ac-
cessissent tot crudelia facta, belli denunciatio esset.
Accesserunt autem, & accedunt hætenus plurima
hostilia facta.

Quare necessitas postulat, vt aduersus hanc belli
denunciationem, & assiduam violentiam vicini po-
tentis, flagrantis immani odio, & multo ante con-
cepta cupiditate turbandæ Germaniæ, callidi & in-
tenti in occasiones nocendi, de defensione Ciuitas
vexata tam diu, & prospiciens impendentia pericu-
la cogitet, quam si opprimeret Brunsvicensis, & in-
seruitutem redigeret, secutura esset non iniusta in-
dignatio bonorum, & deneglecta ciuitate tali, a to-
to Imperio, & quod plus vnius Brunsvicensis tyran-

B ij ni

ni effrenata cupiditas valuisset, q̄ autoritas Cæ. Ma.
& Regiæ M.

Quæ vero sit ipsius Ducis aduersus Ciuitatem
Brunsvigam optime meritam, iniusticia & seuciã,
notum est ex publicis scriptis ea dere editis. Edicta
iniusta & minacia edidit contra quosdam eius ciui-
tatis Consules, Secretarios, Senatores, Ciues, Mini-
stros publicos, Colonos, quibus interdixit territo-
rium suum, ne liceat eis egredi ciuitate, nec quicq̄ fo-
ris habere negocij, sed vt corpora & res, prædæ sint
Duci & subditis Ducis, Multos etiam Ciues, contra
veteres & suas pactones cum ciuitate, vi & armis
adortus cecidit & fugauit, conflictis vanissimis præ-
textibus. Præterea impedit contra factam a Cæ. M.
pacem, contra declarationem Cæ. Ma. & contra re-
cessum Conuentus Imperij, ne subditi ciuitatis Brun-
suicensis, in prefecturis Assenburg & Bichen, possit
tradi vera, catholica & pura Euangelij doctrina, de
filio Dei Salvatore nostro Iesu Christo, nec exhiberi
Sacramentum iuxta Christi institutionem, Eripit
Pastoribus Ecclesiarum dimidium prouentum,
Expilat adeo Ecclesias, vt quinq̄ aut sex Pagi vix
vnum habeant Pastorem, Onerat subditos ciuitatis
Brunsvigæ & ciuium & villicos tributis, & contra
dominorum prohibitionem vi extorquet multipli-
cia super indicta. Et cum veniunt pauperes Coloni
aut Villici, supplices excusaturi inopiam suam, con-
iicit eos in carcerem, Et hac seuciã cogit eos impe-
rata facere, prohibuit etiam, vt ciues narrant, adferri
aut vendi ciuibus res in agris natas, nisi concedente
quæstore, ita & ipsorum commeatus impedit, sine
vlla

vlla le
hoc m
gat, N
ciuita
teras
ranni

D
Gosh
ratos
sunt,
nere
dus,
nostr
ad iu
vtriu
essen
esse,
frui
cjs p

E
tate
liceb
bon
in C
vt v
nen
vol
pro
mar

vlla legitima causa. Deniq; multis rebus ostendit se hoc moliri, vt & hanc ciuitatem in seruitutem redigat, Nec admittit vllas æquas rationes, cum offerat ciuitas omnia debita officia, nec maiorum & suas lteras & pactiones audit, sed vult ciuitatem suæ tyrannidè obnoxiam esse.

De his non tolerandis iniurijs hæ duæ ciuitates, Goslaria & Brunsviga, sæpe apud nos & confœderatos, cum illustri significatione sui doloris questæ sunt, & ostenderunt, se diutius hanc seuitiam sustinere non posse, Nosq; obtestatæ sunt, per hoc fœdus, quo primum æterno Deo, & filio eius Domino nostro Iesu Christo deuincti sumus, deinde inter nos adiustam defensionem coniuncti, vt moueremur vtriusq; ciuitatis miseris, Et quia res satis cognitæ essent, & re deliberata censuimus non deserendas esse, eis re ipsa opitularemur, easq; tueremur, vt tuto frui pace publica, & Cæ. Ma. ac Regiæ Ma. beneficijs possent.

Et si autem nos vna cum Confœderatis, calamitate sociarum ciuitatum valde mouebamur, eisq; pollicebamur auxilia nostra non defutura esse, tamen bonam spem pacis attulit nobis aduentus Cæs. Ma. in Germaniam, cuius autoritate sperabamus fore, vt violentia Tyranni Brunsvicensis coherceretur, ne nostra defensione opus esset. Et quidem Cæ. M. voluntatem optimam comperimus, quæ sententiam proscriptionis suspendit, & pacem mandauit.

Mouebamur etiam tempore, ne motus in Germania ciuiles ac domesticos orti vellemus, cum vi

B iij delictet

delicet Turcica barbaries florentissimum quondam
Hungariæ regnum vastat, & ipsi Germaniæ ingens
bellum minatur, Eoq; in proximo Conuentu Spi
rensi, sedulo reuerenter & obnixè petiuimus a Re
gia Ma. & Commissarijs Cæs. Ma. vt Goslarix &
Brunsvigæ securitati consuleretur. Idq; esse æquissi
mum visum est, præsertim cum & nos auxilia contra
Turcas mitteremus, & pecunias conferremus non
minore studio q̄ ceteri.

Facile enim hinc intelligi potest, nos maluisse le
uari labore & sumptu huius debite defensionis, quia
tam contanter eam suscipimus, ac prius omnes vias
ciuiles tentauimus, quas ad pacem profuturas esse ar
bitrabamur, & ciuitatum ipsarum dolorem & iracun
diam, quibus potuimus modis leniuimus.

Potest & hinc iudicari pacē, nos maluisse, q̄a cū
Brunsvicensis edidisset contra nos scripta plena fœ
dissimorum conuiciorum, & non solum nos, sed &
alios omnes qui veram, catholicam & puram Euan
gelij doctrinam amplexi sunt, nō ferendis contume
lijs adfecisset, tamen lacessiti indignis modis, nolui
mus has iniurias armis propulsare, sed ciuilibus mo
dis causam egimus. Nam & nos Landgrauus, impe
trauimus a Cæs. Ma. & a Re. Ma. Commissiones, ac
decreuimus Deo iuuante, legitime Brunsvicensem
conuincere de obiectis criminibus, quæ ne fateri vi
deatur, insulssime eludit. Deinde pœnam legibus
& iudicijis persequemur.

Ad hæc nos ambo, Dux Saxonix Elector, &
Landgrauus, ad literas Regiæ Ma. clementer scrip
tas,

tas, reuerenter, vere & ingenue respondimus, nos propter conuicia non esse dimicatu- ros armis cum Brunswicensi, Illud modo nos postulare, ut desineret in confœderatos nostros, in Goslariam & Brunswi- gam ciuitates exercere seui- ciam, ac pareret suspen- sioni, declarationi, paci factæ a Cæs. Ma. & mandatis ac Legationi Regiæ Ma.

Postq̄ autem inquietus ille Brunswicensis non vult parere Potestati, & iustis ac legitimis mandatis Cæs. M. & Regiæ Ma. nec desinit turbare pacem, & vi grassari, & nos vias reliquas ciuiles nullas nouimus, quibus spes sit, posse coherceri Brunswicensem, omniaq̄ legitima remedia experti sumus, & ciuitati- bus, si deserantur, seruitus & exitium impendent, cū Brunswicensis atrociter grassari non desinat, non dubitamus omnes Principes, atq̄ omnium ordinum honestos homines intelligere, nobis hanc defensionem coniunctarum ciuitatum, & a Deo, & legitima potestate, & de iure ac iuxta sanctionem Cæs. Male. de publica pace Imperij, concessam esse, Imo & omnibus Imperij membris honestum esse, adfici harum ciuitatum periculo, easq̄ tueri ac iuuare.

Ac Deo iuuante, hanc iustam & necessariam defensionem ita suscipiemus, ut legitimum modum inculpatæ tutelæ, pro ratione circumstantiarum seruaturis sumus, ac annitemur, ut hæc defensio deinceps Deo dante, prosit ad communem Germaniæ pacem, tranquillitatem & vtilitatem. Nec contra quenquam alium facturi sumus quidquam, non adherentem

B iij

Duci

Duci Brunsvicensi, tantum civitates illas, Deo no-
juvante, ab eius servicia & iniusta violentia, quantum
Deus nobis concedet, liberaturi sumus.

Interim & contra Turcas auxilia nostra, vna cum
alijs Imperij Statibus fideliter mittemus, & pecunias
conferemus, ac facturi sumus omnia, quæ decet fa-
cere obedientia Imperij membra, Electores & alios
Imperij Principes. Ira & confœderati nostri, officia
Imperio debita & alijs fideliter præstabunt.

Cumq; Deus clementer nobis concedet, vt hæc
defensio aduersus Brunsvicensem, foeliciter perficiat-
tur, offerimus nos hunc exercitum quem ducturi
sumus, quantum a nobis provideri potest, non tra-
dituros esse vlli, qui eum aut contra Imperium, aut
aliquod Imperij membrum ducturus esset, Sed si pe-
ratur, vt præter ceteras Imperij copias, hic exercitus
etiam contra Turcas ducatur, fideliter agemus, vt id
fiat.

Petimus igitur amanter & diligenter, ne quis de
hac nostra defensione aliter existimet, quam recens-
suimus. Sed sciant omnes omnium ordinum boni
viri, nos & nostros coniunctos vera causa necessa-
ria defensionis coactos esse, vt nostris opitemur.
Hæc eo publice significamus, ne inimicorū crimina-
tionibus fides habeatur, qui vt aliorum animos ad-
uersus nos incendunt, falsos de nobis rumores, suo
more spargunt.

Et quanquam optamus exitum placidum, tamen
si maius bellum oriretur, quod cauere cupimus, cau-
sa in

sa in Brunsvicensem conferatur, cuius effrenata vio-
lencia lacessiti sumus, non in nos, qui aduersus illum
tegere nostros coacti sumus, eamq; ob causam boni
hanc defensionem benigne adiuuent, Nos
vicissim officia nostra omnibus ho-
nestis & beneuolis deferimus.

Datum die 17 Julij

Anno 1542.


Cum Deus clementer nobis concederet, ut hac
defensione aduersus Brunsvicensem, feliciter peracta
esset, offerimus nos hunc exercitum quem ducunt
numus, puerum a nobis prohiberi potest, non ut
dignos esse illi, qui cum aut contra imperium, aut
alio quod imperij membrum ductus esset, sed si per
causam, ut praeter ceteras imperij copias, hic exercitus
etiam contra Turcas ducatur, si delicta agamus, ut id

Primum igitur amantur & diliguntur, ac deus de
hac nostra defensione aliter existimet, quam recen-
ditur. Sed sciamus omnes omnium ordinum boni
viri, nos & nostros committos vris causis necesse
esse defensionis causas esse, vniuersis optulimus.
Hac eo dupliciter significamus, ne inimicorum crimi-
nosus fides habeatur, qui vniuersis animos ad-
uersus nos incendant, talis de nobis timores, no-
more sperantur.

Et deus puerum optatum exercitum placidum, tam
vris, quam inimicis, quod canere cupimus, cau-
sa in

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.

Handwritten text, possibly a signature or a specific date, located in the center of the page.



A

nun

sten

vnd S

thane


graus

cken/

hende

31













Ordnung
K. G. S. A. S.



6.

COMMEMORA

TIO CAVSARVM SVSCEPTAE
IVSTAE ET NECESSARIAE DEFENSIO
NIS, AB ILLVSTRISS. PRINCIPIBVS, IO
HANNE FRIDERICO DVCE SAXONIAE
Electore &c. & Burggrauio Magdeburgensi, Et
PHILIPPO LANDGRAVIO HASSIAE, Co

mite in CattenElbhogen &c. edita.
Adiuncta peti
& C



ANN

